



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sortes, Qvibvs, Ne Temere Cadant, Temperandis; Vel, Si  
Temere Dvcvntvr, Castigandis, Divini Ivdicii Æqvitas  
Semper Adest**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1645**

§. 2. Causæ, ob quas ad Deum summè oppressi, licitè possint prouocare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52306)



meritatem. Sæpe enim eiusmodi citatio à Deo est, sæpe contra Deum: sæpe contemni debet, sæpe formidari: vt enim vel licita est, vel iniuriosa; ita supremus iudex, per eam, vel vult, vel non vult iudicia sua manifestare. Sunt etiam duplicis generis homines, qui hac prouocatione vtuntur, rei & innocentes; sancti & impij. Duplex etiam, generatim loquendo, est finis, bonus & malus. Et modus quoque ipse non est idem. Aliquando ad iudicem Deum absolutè duntaxat appellatur; aliquando iubetur aduersarius ad tribunal eius, intra certos dies, menses, aut annos; aliquando, nullo certo tempore nominato, se sistere. Cum ergo impium sit, sanctos temeritatis damnare, qui subinde tyrannum, aut alios, ad comparendum, coram Deo; citauerunt; & stultum, quauis ex causa, ad summum iudicem prouocare: afferam primò causas, & exempla licitæ, postea etiam illicitæ citationis, ob quã Deus iudicij sui arcana mortalibus vel negauit, vel patefecit.

## §. II.

*Causa, ob quas ad Deum summè oppressi, licite possint prouocare.*

*Qui innocentes iniuriã afficiuntur, & vitã di-*



Ita digni mortis sententiam accipiunt, videntque nullum sibi, in humanis auxilijs, præsidium superesse; rectè ad Deum confugiunt, cui placere non potest, si gladius, quem Principibus & Magistratibus, in vindictam malefactorum, concessit, stringatur in innocentes. *Non accipiet Dominus personam in pauperem, & deprecationem læsi exaudiet.* Immo etiam qui deridetur ab amico suo, sicut ego, inquit Iob, *inuocabit Deum, & exaudiet eum.* Exaudire autem eum potest, prout inuocatus fuerit, vel, vt iniquitate oppressum è malis præsentibus eripiat, quod omnino petere frequens & concessum est; vel, vt talem iniuriã aut morte non fuisse dignum, sumta de aduersario extraordinaria ultione, mortèque etiam ipsi illatã, declaret. Quod varijs quibus de causis potest à Deo flagitare. Si, citra odium, aliamuè malam affectionem, bono fine, flagitet, puta, vt innocentia locum habeat; vt scandalum amoueat; vt familia non grauetur infamiã; vt homines tam iniustis iudicibus liberentur; aut vt emendentur, qui adeò tyrannicè dominantur; tum licitè flagitat; prouocatque, sine peccato, & verò sæpe etiam cum merito, ad tribunal summum iudicis

Eccli. 35<sup>o</sup>

16.

Iob. 12, 4<sup>o</sup>

Ita Feuardentis extremò cap. 13. Esther.

G

dicis



dicis viuorum atque mortuorum; nec sine petito effectu. Legimus enim frequenter diuinam iustitiam, sic prouocantes manifestissimè absoluisse, & lege talionis ex vita expulisse eos, qui alios & ipsi è vita, sed iniustè, expulerunt.

## §. III.

*Eorum, qui ad iudicium Dei appellauerunt, è veteri Testamento exempla.*

1. Reg.  
24. 13.

2. Para-  
lip. 24. 23.

Exempla è diuinis litteris, ex vitis Sanctorum, ex aliorum gestis afferri possunt. In diuinis litteris, Dauid capitali Saulis odio multisque insidijs petitus, *Iudicet Dominus inter me & te, & ulciscatur me Dominus ex te*, inquit. Prouocatio hæc fuit; neq; in irritū cecidit, quia, cecidit paulò post Saul, amisâ victoriâ, & vitâ. Clarius exemplum datum est, in Pontifice Zacharia filio Ioia dæ, in quem illi ipsi, quos ab idolis dehortabatur, *miserunt lapides, iuxta regis imperium in atrio domus Domini. Et non est recordatus Ioas rex misericordia, quam fecerat Ioiada pater illius secum, sed interfecit filium eius. Qui cum moreretur, ait: Videat Dominus, & requirat. Cùmq; euolutus esset annus, ascendit contra eum exercitus Syria: venitq; in Iudam & Ierusalem, & interfecit cunctos principes populi*